

0482 u.
1797, 13.
D. CHRISTIANVS GOTTLLOB EINERT
FACVLTATIS IVRIDICAE ET SENATVS LIPSIENSIS ASSESSOR

H. T.

PROCANCELLARIUS

SVMMOS IVRIS PRVDENTIAE HONORES

PRAECLARISSIMO CANDIDATO

MAXIMILIANO IOSEPHO HAVSCHILDO

DRESDENSI

A. D. XIII. APRILIS CICIOCCCLXXXVII

SOLENNITER TRIBVENDOS

INDICIT.

De eo,

*quod iuris est, in primis in Saxonia, circa Immunitatem
a Tributis, quae Priuilegio nititur.*

P. I.



D. CHRISTIANAE GOTLICOR. INSTIT.
SOCIALITAS LARIMICAE ET SCALES LIPSIENSIS VASSEROR

PROAGRICULTURIS
SALVATORIS LARIMICUS ET LIPSIENSIS VASSEROR

THEATRUM PRAECEPTE RERUM
HISTORICUS LARIMICUS ET LIPSIENSIS VASSEROR

WAZINUS LARIMICUS ET LIPSIENSIS VASSEROR

DEUTERONOMIUS LARIMICUS ET LIPSIENSIS VASSEROR

AD ZEPHANIAH LARIMICUS ET LIPSIENSIS VASSEROR

COLLECTOR LARIMICUS ET LIPSIENSIS VASSEROR

CONSTITUTIONES LARIMICAE ET LIPSIENSICAE VASSEROR

DISCIPULUS LARIMICUS ET LIPSIENSIS VASSEROR

Si quod est dubium, et multis ac variis difficultatibus obnoxium argumentum, est certe illud de *Immunitate a Tributis ex Privilegio*. Sunt enim, qui eiusmodi privilegii plenissimam vim tribuant, et nec restrictioni, nec relocationi ea subiecta esse statuant, cum alii contra, illa, tanquam Reipublicae noxia, sine discrimine reuocanda existiment.

Quamobrem pretium me facturum esse putaui, si curatus in illud argumentum inquirerem, et praemissis in viuuersum nonnullis de tributis, immunitate, et privilegiis observationibus, de effectu eiusmodi privilegiorum in primis in Saxonia, pluribus et hoc libello, et aliis, qui proximam prodeundi opportunitatem expectant, differerem. Nec rem aetiam agere, aut inanem et usu desitutam suscipere mihi videor, cum, quantum ego quidem scio, nemo, quid circa ista privilegia immunitatis a tributis patriae leges fancuerint, data opera demonstrauerit, nuper vero ipsi Ordines Provinciales quaestione de hodierno effectu eiusmodi privilegiorum denuo mouerint et ventilauerint a).

Tributorum (*Steuern*), quibus intelligimus subsidiaria pecunia, quae summus Imperans ad onera Reipublicae ferenda a subditis exigit, origo sine dubio quaerenda est in ipsa forma mutata Imperii Germanici. Nam, qui olim Principibus assignati fuerant reditus ex bonis fiscalibus et domaniaibus ad ferenda Reipublicae onera, re-

a) vid, *Sieuerbeschwerden-Schrift*, de 10. 1776, quaest. I.

centioribus temporibus, introducta militia mercenaria et perpetua, aucto exercitu, crescente luxu, et recepto iure peregrino, sumtibus necessariis ferendis non sufficiebant. Cui malo igitur ut medelam afferrent Principes, a subditis petebant, ut nouis contributionibus ipsis succurrerent, et hac ratione in oneribus publicis ferendis eos subleuarent. Semper enim antiquis temporibus per modum precum exigeabant tributa, et hinc *Precarieae, Petitiones, Beden* appellabantur b). Nec tamen opus erat a singulis subditis hanc tributorum collationem impetrare, sed, pro natura nexus feudalis in Germania introducti, sufficiebat ingenuos villarum possessores adire, qui nomine rusticorum eorum iurisdictioni subiectorum, quos repreäsentabant, ad certam tributorum quantitatem ad tempus conferendam se obligabant, et hanc tributorum summam concessam deinde a subditis exigeabant, intuitu fundorum suorum feudalium autem immunitatem, exactis propterea litteris reuersalibus, defendebant. Nec ci-
ves in urbibus hoc onere exempti erant, qui non minus de possessionibus, solis iis praediis, quae in dominio totius civitatis erant, exceptis, tributa conferre solebant c). Quanto saepius vero eiusmodi tri-
buta ab ingenuis villarum possessoribus concessa, a rusticis exigeaban-

b) vid. GRUPPEN von Steuern, Diensten und Beden, p. 884. seq. Caeter. conf. Carl Heinrich LANG historische Entwicklung der Deutschen Steuerverfassungen seit der Karolinger, bis auf unsre Zeiten, Berlin und Stern 1793. et quod in primis Saxoniam attinet, SCHÜRTGENS und KREYSIGS Diplomat. Nachlässe von Obersachsen II. Tb. 3. no. 4.

c) vid. PÜTTERS Beytr. Tb. I. Abb. 6. et WILISCH in Tr. de Iure Collected in territoris Germaniae, Viteberg, 1785.

tur, vel a ciuijbus praestabantur, tanto magis per consuetudinem rustici et cives tributarii facti, eorumque possessiones tributis obnoxiae redditae videbantur. Haec vero rei tributariae forma haud exiguum mutationem subiit ao. 1511. Etenim, cum salus Imperii hoc tempore nouum tributorum genus, die Türken-Steuer, posulasset, in Rescessu Imperii dicti anni constitutum legimus d): *Und, diezeit solche Hälf
(welche nach dem Römerzug bewilligt) von der Stände eigen Cammer-Gütern, in Ansichtung etlicher viel Ursachen zu leisten, beschwerlich und unmöglich seyn möcht; Ist geordnet, und zugelassen, dass eine jede Obrigkeit alle ihre Unterthanen, die sie vermög der Rechten, und altem besitzlichem Herkommen zu steuern und zu belegen hat, — durch ein Steuer oder Anlag — anlegen und einzischen möge. Quo quidem Rescessu Imperii, vt et pluribus recentioribus e) ius Principum ratione tributorum mirifice auctum est, vt ea, quorum praestatio antea erat tantum voluntatis, nunc quasi iure perfecto a subditis exigere possent. Ne quis vero existimat, hisce dispositionibus consensum Ordinum Provincialium plane exclusum fuisse, vt potius et postea in definiendo modo, et iure collectandi cum Principe concurrent. Quippe, cum in his ipsis legibus fines tributorum imperandorum praescripti sint, Principibus non indefinite licebat tributa, quae, et quotquot voluerint, exigere, sed iustos limites obseruare incumbebat, quin potius, cum extra ordinem plura et insolita tributa Reipublicae salus exigeret, eorum praestatio et nunc a solo libero consensu stu-*

a) vid. Rec. Imp. de ao. 1543. §. 24.

e) vid. Rec. Imp. de ao. 1548. §. 95. 1551. §. 25. 1566. §. 41. 1576. §. 11.
1582. §. 10. 1594. §. 10. 11. 1603. §. 17. 18. 1613. §. 7.

tum Provinciarium pendebat, vnde ab eo tempore recte tributa in ordinaria atque extraordinaria dividuntur. Caeterum nec in Saxonia olim fixa et perpetua erant tributa, sed primis temporibus singulis annis praestabantur, tributa ciuitatum, *Jahrenten*, rusticorum, *Hufengelder*, dicta, posterioribus tamen temporibus singulis comitiis ad plures annos concedebantur *f*). De hodernorum tributorum natura et divisione in Saxonia autem plura adiicere supersedeo, cum de ea re iam alio loco *g*) vberius dictum sit. Id vnum adhuc monebo, primum vestigium tributorum in patria nostra deprehendi anno **circcccviii.**, quo Marchionem Fridericum subditis annuam tributorum remissionem concessisse resert **SCHNEIDERVS h)** et **VOGELIUS i)**.

Qui obligatione tributa praefandi exempti sunt, immunitate gaudere dicuntur. Nititur vero haec immunitas vel ipsa lege, aut Imperii aut Provinciae, vel alia causa. Legitima exemptione iam antiquis temporibus gaudebant villarum possessores ingenui, cuius immunitatis causa non tam in feruittis equestribus, quam potius in ipsa ingenuitate quaerenda est *k*), cum immunitas a tributis olim certissi-

f) vid. ARNDTII Progr. de Origine Accisae provincialis, Lips. 1796. Caeterum conf. SCHREBER, von den Sächsischen Land- und Ausfahrs-Tagen, et WECK, Beschr. von Dresden.

g) vid. Diss. de Immunitate fundorum ecclesiasticorum a tributis, me prae-
hab. Lips. 1778. §. 4. Conf. etiam HUNGER, kurze Geschichte der Abgaben,
besonders der Consumtions- und Handels-Abgaben in Sachsen, Dresden 1783.

h) vid. Chron. Lips. p. 422 seq.

i) vid. Annal. Lips. p. 42.

k) vid. ARNDT in Progr. supr. cit. Caeterum conf. HÄBERLIN über die
Steuerfreiheit des Adels, in der Deutschen Monatschrift, April 1793.

num signum ingenuitatis erat, contra ad tributum soluendum obligatus inter homines proprios referebatur. *l)* Plures vero causas, cur nec recentioribus temporibus Principes hos villarum possessores ingenuos hac immunitate priuare ausi sint, STRUBENIVS retulit. *m)* In Saxonia, eti in comitis provincialibus, in primis anno C10CXXXI, habitis, et nouissimis quoque, nobilium exemptione a tributis saepius impugnata sit *n)*, fundos tamen feudales, ut et fiscales hodie hac immunitate gaudere, contra nobiles intuitu fundorum, praestationibus equestribus haud obnoxiorum non immunes esse, ut et olim eos ratione reliqui patrimonii ad tributum (*Baarschafts-Steuer*) soluendum obligatos fuisse, extra dubitationem positum est. *o)* Eandem vero exemptionem a tributis quoque clerici medio aevo sibi vindicarunt *p)*, quae tamen immunitas, cum a sola principis gratia penderet, recentioribus temporibus sensim sensimque, prout fauor erga clerum, eiusque pristina auctoritas euanuit, diminuta est, quemadmodum etiam in patria nostra huic clericorum immunitati certi fines

l) vid. STRUBEN de iure villic. Cap. VI. §. 1.

m) vid. Nebenst. Tb. 2. Abb. II.

n) vid. Land-T. Acrem de 20. 1552. 1555. 1557. 1561. 1576. 1595. 1601. 1631. 1664. 1681. et 1792.

o) vid. Ref. Grav. 1661. Cammer-S. §. 13. et Ausfchr. de 20. 1561. 1565. 1576. 1628. 1671. Caeterum conf. ZACHARIAE historische Bemerkungen über die Steuer-Freyheit der Chur-Sächsischen Rittergüter; Im Museo für die Sächs. Geschichte, Literatur und Staatskunde, II. B. 1. Sr.

p) vid. Andr. STÜNDECK historisch-juristische Abhandl. über die Steuer-Verf. in Deutsch. Reichslanden, mit besonderer Hinsicht auf die Steuer-Freyheit der Klerisy und des Ritterstandes, Duisburg 1794.

positi sunt. q) Quod attinet reliquas, praeter illam exemptionem, quae ipsis legibus nititur, immunitatis causas, eo referunt praescriptionem in primis, et priuilegia, quarum priorem, quoad patriam nostram, tam firmis argumentis **WINCKLERVS** r) impugnauit, vt plura addere nec necessarium, nec consilio meo adaequatum videatur, hoc vnum tamen adiicere liceat, in Saxonia vel propterea praescriptionem ratione tributorum exulare, quod haec per continuam protestationem, ne quis fundus, praestationibus equestribus haud obnoxius, a tributis exemptus sit, quae singulis comitiis prouincialibus ab Ordinibus interponitur, perpetuo interrumpitur. In altera immunitatis causa nunc subsistam, et, quam exemptionem a tributis priuilegia, praesertim in Saxonia parare possint, curatus definiendi periculum faciam, si modo antea monuerim, hoc loco mihi non sermonem esse de iure singulari, quod ad vniuersum ordinem ciuium pertinet, veluti quo gaudet in Saxonia quilibet paterfamilias *πολιτευός*, siquidem ex *Recripto* d. 13. Maii 1765. ob numerum septenarium filiorum superstitum annua immunitas tributorum conceditur s), sed illas potius constitutiones singulares, quibus Princeps ratione singulorum vel subditorum, vel praediorum exceptionem a iure communis facit, hue perfinere.

Ex ista priuilegii notione, sponte intelligitur, illud non ferre interpretationem extensiunam, quum quaevis exceptio sit magis

q) vid. Diff. meam de Imm. fund. eccles. supra citatam.

r) vid. **WINCKLERI** Diff. Praescriptio Immunitatis a Tributis, praesertim quoad aerarium publicum Saxonie impugnata, Lips. 1779.

s) vid. Diff. meam, de Multitudine liberorum a tutela hodie quoque excusante, Lips. 1781, in qua ipsa verba *Recripti* exhibentur.

restringenda, quam extendenda. Vnde sequitur, priuilegium immunitatis tantum ad ea tributa, quae tempore priuilegii dati introducta fuerant, restringenda, neutquam vero ad illa, quae postea imposita sunt, extendenda, nec non exemptionem a collectis cuidam intuitu fundi *für sich und seine Nachkommen* concessam, in dubio non pro reali, sed personali habendam, nec ad omnes omnino huius praedii possessores extendendam, sed tantum ad priuilegiati descendentes restringendam esse. *t)* Alia vero et pluribus dubitationibus obnoxia quaestio est, an, et quatenus priuilegia a maioribus concessa, a successoribus in Imperio reuocari possint? Etenim sunt, qui omnino quaevis priuilegia, quod ad species legum referenda sint, quarum mutatio et abrogatio a solo principis arbitrio pendeat, sine discrimine reuocari posse arguant. *u)* Bene tamen monuit *GUNDLINGIVS*, *v)* priuilegia non ex omni parte leges esse, et saepe pacti aliquid accederet, quod utique dat ius acquirenti. Quamobrem maiori iure *alii w)* flatuerunt, in regula nullum priuilegium a successore reuocari posse, sine discrimine, vtrum contractu onerofo, an lucrativo acquisitum sit, cum hic non minus, quam ille obligationem ciuilem producat. Quod quidem, vti in regula, quantum ego quidem video, est verissimum, tamen, bene monente *STRVEENIO*, *x)* exceptionem

t) vid. Diff. meam, Priuilegium in dubio magis pro personali, quam reali reputandum esse, Lips. 1778.

u) vid. *BASTINELLER*, de eo, quod iustum est in privilegiorum collisione, §. 8.

SCHAVNBVRG, de natura priuilegiorum tam gratiosorum, quam conuentionalium, §. 51

v) vid. *IUS NAT. ET GENT.* C. XII. §. 45.

w) vid. *GEBAVER* in Diff. de Priuilegiis, §. 19.

WERNHER, P. I. O. 242.

x) vid. *Rechtl. Bed.* Th. 2. B. 80.

admittit, cum scilicet eiusmodi priuilegium saluti publicae repugnat. Siquidem, quidquid singuli acquirunt, non nisi permittente lege potiori, de commodo priuato salutis publicae posthabendo, acquisuisse intelliguntur. Quanto periculosius vero est eiusmodi de necessitate publica iudicium, quod in voluntate forte minus probi Monarchae vnicet situm est, tanto magis suspicione caret hoc arbitrium iis in prouinciis, in quibus, ex forma Reipublicae, non solus Princeps, sed status Prouinciae coniunctim cum eo de salute publica iudicant.

Inter eiusmodi priuilegia Reipublicae nocua certe referenda sunt ea, quibus singulis immunita a tributis conceditur. ^{y)} Nam, auctore IUSTINIANO, ^{z)} se minuatum et pariter in omnis veſtigialia distribuantur, non solum paululum erit, quod praefitum fuerit, sed etiam tanto moderatius, levius, facilius, tolerabiliusque, quod conservatur, existet, quanto a pluribus colligitur, ideoque non potest non constitutio, qua unus alterue subditorum onere tributorum liberatur, reliquis omnibus, qui tributis nunc plus onerantur, onerosa esse, quippe qua tollitur, maxime inter subditos ratione onerum publicorum seruanda, aequalitas. Sapientissima itaque, et imitatione digna est illa boni Principis vox. *a) Beneficium quibusdam datum, plebis iniuria eſt.* Omnino vero legi merentur, quae FORNE-
^{x)} RIVS *b)* scripsit de odiosa veſtigialium immunitate, et ob rationis paritatem commode ad tributa applicantur. Non vero Romanis

^{y)} vid. CRAMER Obs. Tom. V. N. 1393.

Eiusd. Nebenfl. 24. Th. 78. S. 26. Th. 1. S. 10. Th. S. 17.

^{z)} vid. Novell. 43. Cap. 1. §. 2.

^{x)} vid. L. 9. C. Theod. de Lustrali Conlatione.

^{b)} vid. Select. Lib. I. Cap. 20.

tantum odiosa visa sunt eiusmodi priuilegia, sed et apud Saxones improbata fuisse, ex verbis *Glossae*: t) Hierbey sollt du wissen, daß Vierzehn Stück seyn, warumb ein Privilegium verworfen und untüchtig erkenndt wird — zum Sechsten, ob es zu Abbruch und Verschmelzung des gemeinen Nutzes gegeben wörden, — zum Neundten, ob er einem andern schadet wider Recht; zum Zehenden, ob es einem vor gegeben, daß es dadurch von allem Landrecht, oder Stadtrecht des Orts, da er besessen were, sollte befreyet seyn, fatis luculenter appareret. Quamobrem, quod supra de restringendis, aequo ac reuocandis priuilegiis Reipublicae nocuis in vniuersum dictum, praesertim ad ea, quibus immunitas a tributis acquisita est, merito applicandum esse existimo.

Quod patriam nostram attinet, non infrequentia quidem in antiquis sanctionibus deprehendimus eiusmodi exemptionum vestigia. Haud raro enim ab *Electoribus AUGUSTO*, et *CHRISTIANO II.* constitutum legimus: d) Aber die Lehen-Güther, welche mit Ritterdiensten nicht belegt, und verdient werden, die sollen sie sowohl, als die Erb-Güther und werbende Baarschaft — versteuern, sie wären dann dessen von uns ausdrücklich anders befreyet. Plurima autem eiusmodi priuilegia immunitatis a tributis in patria nostra originem duxerunt ab *Electore JO. GEORGIO I.* e) cuius eximia beneficentia, indulgentia, et gratia multos, patriae saluti minus, quam suae propriae utilitati consulentes, abusos fuisse, historia docet. Saepissime enim in eius sanctioni-

B 2

^{a)} vid. *Gloss. ad Spec. Sax. Lib. I. Art. 49.*

^{b)} vid. *Cod. Aug. P. II. pag. 1373. 1380. 1384. 1388. 1394.*

^{c)} vid. *Cod. Aug. P. II. pag. 1399. 1405. 1409. 1410. 1417. 1427. 1441.*

bus, quae aerarium publicum concernunt, occurunt verba f): Welche aber der halben besondere Befreyung vorzuwissen, oder niemals nichts an Land- Steuer hetten verrichten dürfen, die sollen auch bey solcher ihrer Freyheit gelassen, sowohl mit den Frey- Häusern es gleichgehalt als gehalten werden. Quod autem ista aedificia exenta (Frey- Häuser) attinet, notandum est, ea tantum in Sanctionibus tributariis (Steuer- Aufschreiben) ab anno 1510cxxxviii. vsque ad annum 1510clxi. publicatis pro exemptis a tributis habita fuisse g) cum contra in prioribus constitutum legamus: h) daß die Freyhäuser den Erbgütern gleich versteuert werden sollen. Frustra itaque eiusmodi aedificiorum possessores, ad defendendam immunitatem a tributis, hodie prouocat cum ad sanctiones ab anno 1510cxxxviii. latae, tum ad nominis etymologiam, siquidem fundus aliis quidem proerogatiis instructus, propterea a tributis non exemptus censendus est. Eandem quoque ob causam et in prioribus legibus ista aedificia pro tributariis declarata sunt, et recentioribus pro talibus non minus habentur, quemadmodum nuper etiam intuitu aedificii Boeschiiani nunc Winkleriani, Lipsiae in platea ab arce dicta siti res deca est: i) Nachdem aber im Leipziger Amts- Catastro nachgeschlagen worden, so findet sich gar deutlich, wie zur Ungebühr angegeben

f) vid. Cod. Aug. P. II. pag. 1410. 1418. 1428. 1442.

g) vid. Cod. Aug. P. II. pag. 1410. 1418. 1428. 1442. 1472.

h) vid. Cod. Aug. P. I. pag. 38. 39. et P. II. pag. 1373. 1377. 1380. 1384. 1388. 1395. 1399. 1405.

i) vid. Refcr. de ao. 1720, in Actis sub S. das Böschische Freyhaus, wegen Aufziehung deren darauf baufenden Steuer- Schrecke berreffend; Erg. vor der Creyf- Landsteuer- Einnahme zu Leipzig Anno 1720.

ist, daß niemals Schocke auf dem Hause quaestiois gehaftet, da, nach dem beykommenden Extrakte sub A. nicht nur 1569, sondern auch längst zuvor Schocke darauf gelegen, worzu sich die Besitzere bekennen, und in folgenden Jahren nach und nach die Beschaffenheit angeben müssen, und mag nichts thun, daß dieses Haus lange Zeit ein Frey-Haus genennet worden, welches Respectu anderer Beschwerungen gar wohl seyn kann etc. Ex quibus Rescripti verbis satis appareat, certe nostris temporibus eiusmodi aedificia, quae olim in Catastro inter tributaria relata fuerunt, hodie neutiquam pro immunibus habenda esse. Catastrum vero, ex quo obligatio ista ad praestanda tributa, vel immunitas diuidicatur, ex argumento Generalis d. d. 10. Martii 1746. k) sine dubio nullum aliud est, quam illud, anno in causis aerarii in Saxonia normali, 1510CXXVIII. confectum ¹⁾, siquidem et nunc Leucopetrae plura eiusmodi aedificia, propterea, quod secundum Catastrum nominatum ante annum 1510CXXVIII. tributis non obnoxia fuerunt, hac immunitate frumentur.

Caeterum, quam mutationem priuilegia, quibus olim immunitas a tributis acquisita fuit, ab anno 1510CLXI. in patria nostra subierint, et quid in vniuersum hodie in Saxonia circa hanc immunitatem a tributis, quae solo priuilegio nititur, iuris sit, proxima oblatâ opportuna occasione, pluribus demonstrabo.

Nunc autem indicenda sunt solennia inauguralia.

¹⁾ vid. Contin. Cod. Aug. P. II. p. 241.

²⁾ vid. Diff. meam, Commentatio ad Saxon. Decis. XVII. de 30. 1746.
Lipf. 1773.

CANDIDATI DOCTISSIMI
MAXIMILIANI JOSEPHI HAVSCHILDI,
 DRESD.

quem ipsum de vita sua laudabiliter adhuc acta ita exponentem audi dire iuuabit:

Natus sum Dresdae anno huius seculi LXXVII. VIImo ante Cal. Octobr. ex patre Doctore Christiano Augusto Haufchilde, qui Seruissimo Electori in Commissionibus Camerae, et rebus Fisci Electoralibus a consiliis est, ac matre Friderica Eleonora, ex gente Schillingiana, quam praematura morte puero mihi eretam pio amore et magno eius desiderio etiamnum deploro, nunc vero gaudeo nouerco ex gente Schmiederiana. Litteris, quibus puerilis aetas imbuī solet, a Fischeru, Pfeilchmidio et Lipsio instruūtum, optimus parens me erudiendum mandauit M. Joanni Carolo Friderico Taubnero, alacris ingenii magnaeque sapientiae viro, quem per quinque fere annos artes liberales docentem maximo cum gudio exaudiui. Cuius doctrina instruūtus, ipso vero comite, universitatē litterarum Lipsiae florentem petui. Ibi, cum per breve temporis spacium comes ille mihi adsuisset, et ita indies merita meritis cumulaſet, ut, quaecunque possum, omnia eidem me unice debere ingenue profitear, abiit tandem sacra apud Paisenses administraturus. Anno MDCCXCIII Magnifico Caesare, qui tunc Academiacē Lipsiensis fasces tenebat, sacrūs academicis initiatius inque numerum dissentium relatus sum. Historiae cum catholicae, tunc imperii Romano Germanici doctores natus sum Beckium et Wielandum, et his aliisque hic pertinentibus litteris locupletatus, ad omnes deinceps iuridice scientiae partes animum adpuli, et Illustrium ac Excellentissimorum virorum, Hauboldi, Fleckli, Bienori, Ravii, Erhardii, et Bluenaueri, quorum singuli Institutiones; Pandectas, ius Germanicum et Saxonum, iuris totius Historiam, ius Publicum,

*Feudale et Criminale explicuerunt, suauissimis sermonibus usus sum.
Inprivis me ultinio anno praelectionibus ad Processum Iudiciarium &
Consultissimo Einerto habitis eximia cum voluptate interfui, Consultissi-
mus Junghansius denique in regulis Iurisprudentiae ad negotia forensia
adPLICANDIS dudem se mihi praebuit. Superato deinde examine pro
praxi et Candidatura, cum iam diu in animo fuisset, siemmos in utroque
iure honoris capessere, statim examen, quod rigorosum vocant, subii. Ipsam
tamen ad Doctoris gradum promotionem in annum dilaturus, patriam ur-
ben redii, quo quidem loco commoratus, iis, quae ex lege omnibus, qui in
foris Saxoniciis causas perorare cupiunt, specimenia incumbunt, ex actis
iudicialibus mecum communicatis, conscientis operam dedi, ab eoque inde
tempore, cum ob aduersum patris dilectissimi valetudinem, eo litterarum
duce caruerim, sub auspiciis carissimi fratris D. Augusti Ferdinandi
Hauschildi, et, qui affinitatis vinculo mihi est coniunctus, D. Friderici
Alberti Schmidtii, ad summum Pruvocationum Collegium Affessoris,
itemque Ioannis Gottliebii Mulleri, ICII amptissimi, Fiscum Electora-
lem consiliis adiuuantis, is tandem euadere studui, qui ad causas in foro
rite et religiose orandas, remque iudicariam in pogis iuste administra-
dam aptior ac doctior reperiri possem.*

Postquam igitur in utroque examine Collegii nostri expectatio-
nem non adimpleuit, sed mirifice auxit, nunc idem, vt copta per-
ficere possit, a forensibus laboribus, quibus antea erat disstentus, ad
nos reuertitur, publice declaraturus, quanta in ipso sit doctrinae et
iurisscientiae libertas. Quamobrem a. d. XII. c. a. hora IIda in
Auditorio nostro l. un. Cod. de Concubinis interpretabitur, deinde in-
frequenti die, quippe XIIIo eiusdem mensis, Dissertationem, cui in-
scriptio: *Variae iuris ciuiliis quaestiones, Praefide Ill. et Conf. Dom.
D. CHRIST. GOTTL. BIENERO, Pand. P.P.O. Supr. Curiae Prov.*

et Ordinis nostri Assessore, Capituli Eccles. Cathedr. Numburg. Can. fautor et collega honoratissimo, in eodem auditorio defendet. Quo facto Summe Rev. Ill. et Conf. Dom. D. CHRIST. RAV, Cod. P. P. O. Eccles. Cathedr. Merseb. Capitularis, Acad. Decemuir, Supr. Cur. Prov. et Ordinis nostri Assessor, fautor et collega dilectissimus, ex potestate a me Procancellario rite constituto, in eum collata, Candidato supra nominato summos in iure honores, et omnia hisce coniuncta priuilegia, sola spe, quondam in nostro Collegio assidendi excepta, more maiorum tribuet.

Cui solennitati, vti Rector Academiae *Magnificus, Celsissimus Haf-*
siae Princeps, Illusterrimi Comites, Gravissimi Vtriusque Reipublicae Pro-
ceres, Generosissimi denique ac Praenobilissimi Cives frequentes interesse
velint, ego non solum summa obseruantia et contentione rogo,
verum etiam omnes ac singulos his litteris certiores facio, ea fre-
quentia, quo illustrior futura erit, eo maiorem exinde me, et Or-
dinem meum, delectationem, Candidatum autem eo plus honoris
capturum esse. Scr. in Acad. Lips. a. d. VIII. April ccccxxvii.




Leipzig, Diss., 1797

X 2309032

6078





D. CHRISTIANVS GOTTLLOB EINERT
FACVLTATIS IVRIDICAE ET SENATVS LIPSIENSIS ASSESSOR

H. T.

PROCANCELLARIUS

SVMMOS IVRIS PRVDENTIAE HONORES

PRAECLARISSIMO CANDIDATO

MAXIMILIANO IOSEPHO HAVSCHILDO

DRESDENSI

A. D. XIII. APRILIS CIOCIICCLXXXVII

SOLENNITER TRIBVENDOS

INDICIT.

De eo,

quod iuris est, in primis in Saxonia, circa Immunitatem
a Tributis, quae Priuilegio nititur.

P. I.